

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. II. Ostenditur Deum neminem reprobare, nisi peccatis prævisis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

damnari, ut attributum iustitiae vindicativa per-
fectius omnibus innoteat, Deus optimè facit
quosdam hoc modo ad supplicium destinando.
Quare etiam in statu innocentia aliquos asserit
reprobando; melius est enim, inquit, aliquos
damnari ut Dei iustitia demonstretur; Deus ve-
rò secundum ipsum, ut vidimus, ad tenetur,
quod est melius. Indò, ut refert Arriaga hic,
Disp. 39. sect. 2, num. 11. docet ulterius Granado,
reprobos, etiam quando sunt in gratia, recitantes
Orationem Dominicam, per illa verba *Fiat voluntas tua;* petere, ut è gratia in peccatum cade-
re permittantur, quia hac est voluntas Dei; ea
autem petere & velle licitum est, qua Deus effi-
cacerit intendit. Hec ille.

SECTIO SECUNDA.

*His sententiis rejectis, ostenditur Deum
neminem reprobare, nisi peccatis
prævisis.*

I.
Deus ante-
cedenter ne-
minem à
beatitudi-
ne positi-
ve excludit.

HÆ omnes sententie planè sunt rejicienda. Probatur primò ex variis Scriptura, Conci- liorum, & Patrum testimoniis, quæ afferuntur à Suarez hinc, lib. 5. de Reprobatione, cap. 3. Her- rice 1. p. Diūp. 33. cap. 3. & aliis. Ezechielis ergo 18. v. 23. dicitur: *Nunquid voluntatis mea est mors impi?* dicit Dominus Deus. Osee item 13. perditio nostra dicitur esse à nobis. At sanè, si Deus ante- cedenter vult aliquos perire, & nullà, ex parte eorum datà causâ, ut hi afferunt, certè voluntatis Dei esset illorum mors, utpote in quam, tanquam in causam refunderetur. Deinde quomodo verum erit, quod totius ad hominum solatium in Scripturis ingerit Deus, se non nisi invitum homines damnare, & à beatitudine rejicere, si ex se, & nullà ab ipsis præbita causa, aeternam eorum damnationem velit, & exclusionem à gloriâ.

II.
Traditur à
Cœcilii cau-
sam reprobationis esse à
nobis.

Ad hoc ipsum probandum clare facit auctoritas Concilii Valentini, Araufiani, & Tridentini, à Suario & aliis adducta. Concilium itaque Valentini sub Lothario, capite tertio, sic habet: *Fidenter fateretur predestinationem electorum ad vitam, & predestinationem impiorum ad mortem;* in electione tamen salvandorum misericordiam Dei precedere meritum bonum, in damnatione periturorum meritum malum procedere justum iudicium Dei. Concilium item Tridentini scilicet 6. cap. 17. cum Araufiano secundo, anathema dicit ei, qui affirmat aliquos di- vinâ potestate predestinatos esse ad matrem.

III.
Docent Pa-
tres nemini
reprobari
ante peccati-
tum, & da-
ta causam.

Multi etiam in hac veritate confirmantur sunt Sancti Patres. Primo S. Prosper respondens ad objectionem tertiam Vincentianam, quæ erat de hac ipsa re, seu causâ reprobationis, hæc habet: *Vt nascantur homines, conditoris est beneficium; ut autem pereant, prævaricatoris est meritum.* S. etiam Fulgentius lib. 1. ad Monitum cap. 26. cum sermo incidisset de yasis iræ, sic loquitur: *Quæso Moni- me charissime, bunc locum Apostoli diligenter attendes; notum namque est Dei iram dici non posse, nisi ubi cre- ditur homini iniquitas præcessere.* Sanctus etiam Au- gustinus variis locis expressè asserit predestinationem ad vitam esse ex misericordia, reprobationem verò, ex iudicio. Unde lib. 11. de Genesi ad literam, cap. 11. & alibi dicit, *Deum non prius esse mali- rem, quam homo in peccato fit.* Præterea S. Fulgen- tius citatus, cap. 24. loquens de reprobis: *Præde- finiavit, inquit, illos ad supplicium, quos à se præse-*

vit voluntatis male vitio discessuros: ergo secundum S. Fulgentium decretum reprobationis non antecedit peccatum absolutè prævisum, hoc enim de- notat vox illa prescrita: quod magis declarabitur infra, num. octavo.

Ratio denique est, quam suprà num. primo in-
sinuavi: Deus enim non vult mortent peccatoris, ergo Reprobatio
antecedenter cum à gloriâ nunquam excludit; cum posse a-
enim hoc exclusio sit veramort, utpote privans vitâ, *recedens ne-*
& quidem aeternâ, aut saltem mortem infallibiliter *est cum si-*
inferat, si Deus antecedenter, etiam inefficaciter, *cara velut-*
sincerè velut quis non moriatur, non potest simul *sunt salvandi.*
antecedenter velle ejus mortem.

Interdum quidem circa candem rem habere quis V.
simul potest voluntatem efficacem, & inefficacem, *Quo sim-*
ut cum in tempestate vult efficaciter merces projic- *poterit quâ*
• cere in mare, quas tamen vellet non projicere, sed *circum eas-*
voluntate inefficaciter cupit eas conservare, sub con- *dam rem*
ditione nimis, si scilicet non esset tempestas: *habens sim-*
hoc, inquam, quamvis ita sit, diversissima tamen *voluntatem*
est illuc ratio à praefenti casu; ibi enim invitè ad *efficacem, &*
merces projiciendas fertur, & ab aliquo extrinseco *inefficacem,*
caecus: Deus verò à nullo extrinseco cogitur, *inefficacem,*
aut cogi potest, sed ex se vult antecedenter & in- *Res haec do-*
efficaciter hominem illum salvum facere; ergo ante- *claratur ex-*
cedenter & merè ex se, ac nullo alio interveniente, *exempla-*
non potest velle efficaciter eum dammare. Sicut *dicuntur in-*
in humanis, licet iudex quispiam possit velle quan- *atius inatu-*
tum est ex se aliquem à morte liberare, & nihilominus velle cum, ob facinus aliquod admisum, *atius.*
capite dammare, at verò ex se velle eum liberare, & *atius.*
ex se similiter eundem velle dammare, planè est im-
possible.

Hæc ratio, quamvis præcipue urgeat contra VI.
duas primas sententias, maximam tamen etiam vim *Peccata cù-*
habet contra opinionem Patris Granado; peccata *diminuedi-*
enim conditione solum prævisa, perinde quoad *sunt tandem*
hunc effectum sunt, ac nulla.

Objicies locum illum Apostoli ad Romanos 9. VII.
v. 21. *An non habet potestate filius tuus, ex eadem* *Quo secula*
magis facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò *dicit ap-*
in contumeliam &c. Respondetur cum Bellarmino *factus Deum*
lib. 2. de amiss. gratia, cap. 14. Stapletonio in ep. *facie aliud*
ad Roman. cap. 9. & alius, intelligendum esse, *vas in basi-*
Deum istic facere permissivè, nempe non imper- *rum, aliud*
tiendo uberem misericordiam, ut loquitur S. Au- *in contumeli-*
gustinus. Apostolus itaque arguit à majore, posi- *um.*
tivo scilicet modo procedendi in figulo, ad per-
missivum modum quo agit Deus. Alia ergo ratio-
ne non facit Deus quoddam vas iræ, aut contu- *Deus nullus*
melia, nisi consequenter: cum enim ipsi se priùs *facit vasa*
vasa iræ & contumelia fecerint peccando, Deus, *iræ, nisi con-*
vitis corum peccatis, facit eos vasa iræ & contu- *sequenter.*
melia puniendo, & à beatitudine excludendo. Hoc *Deus nullus*
etiam modo, non alio, ut suprà diximus, nempe *facit vasa*
consequenter, vult Deus ostendere suam iusti- *iræ, nisi con-*
tatem.

Hæc omnia confirmantur auctoritate S. Ful- VIII.
gentii, suprà num. 3. allatâ, ubi ait Deum eos ad *Deus nem-*
peccata, voluntati male vitio, scilicet lapsos: ne- *re, nisi præ-*
cessit, autem loqui debet de præscienti peccato- *cofici abduc-*
rum absolutâ, per scientiam siquidem conditiona- *re peccato-*
tam æqualiter omnes, & à Deo rececluti videntur, *ad peccato-*
& ad eum reversuri: Deus quippe novit, si dedi- *dejicitur.*
set Petro, qui salvatur, non hæc, sed alia multa *in scientia*
auxilia, quæ non dedit, fore ut Deo vocanti non *et ceteris*
responderet, & consequenter non fuisset salvandum: *emnes sunt*
contra verò de Paulo reprobationem, si habuisset *ad peccato-*
multa auxilia, quæ non habuit, cum bene illis fuisset *dejicitur.*
salutem, & consecuturum salutem.

SECTIO